

ELOGIUM IN MARTYROLOGIO ROMANO

In Austria die 20 Aprilis primo loco legitur:
Sancti Conrádi a Parzham Confessoris, cuius dies
natális sequénti die recensétur.

Die 21 Aprilis
in Germania 1 loco, in Austria vero 2 loco:

Vetætingæ, in Bavária, sancti Conrádi a Parzham,
Confessoris, ex Ordine Minórum Capuccinórum,
jugi oratiōne et caritāte in próximum insígnis; quem
miraculis clarum Pius Papa undécimus Sanctórum
número adscrípsit. (In Austria additur: Ipsíus tamen
festum prídie hujus diéi recólitur.)

APPROBATIO

Concordat cum originali approbato.

Ratisbonæ, die 15 Aprilis 1940

v. n.

DR. DOEBERL

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet 1940

Printed in Germany

OFFICIA PROPRIA

SANCTORUM DIECESIS PADERBORNENSIS

PARS VERA



RATISBONÆ ET ROMÆ

SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET
S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONGR. TYPOGR.

NEO EBORACI ET CINCINNATI: APUD FR. PUSTET & CO.
MCMXV

Approbatio

Concordat cum Originali.

Paderbornæ, die 23 Augusti 1915

(L. S.)

✠ Carolus Josephus,
Episcopus Paderborn.

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 4 Septembris 1915

Dr. Schegemann Vic. Gen.

KALENDARIUM PERPETUUM

~~~~~  
Omnia ut in Kalendario universalis Ecclesiæ, exceptis  
diebus infra descriptis:

**Februarius**

- 14 S. Brunonis de Querfurt Ep. et Mart., duplex. Com.  
S. Valentini Presb. et Mart.

**Martius**

- 3 S. Cunigundis Imperatricis, Viduæ, duplex.  
14 S. Mathildis Reginæ, Viduæ, duplex.  
15 S. Clementis Mariæ Hofbauer Conf., duplex.  
26 S. Ludgeri Ep. et Conf., duplex.

**Majus**

- 30 Translatio S. Liborii Ep. et Conf., duplex majus. Com.  
S. Felicis I Papæ et Mart.

**Junius**

- 5 S. Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis. Com. Ss. Eo-  
bani, Adelarii et Socior. Mm.  
12 S. Joannis a S. Facundo Conf., duplex. Com. S. Leo-  
nis III Papæ et Conf. ac Ss. Basilidis et Socior. Mm.

# OFFICIA PROPRIA DICECESIS PADERBORNENSIS

## PARS Verna

Die 14 Februarii

S. Brunonis de Querfurt  
Episcopi et Martyris

Duplex Oratio

O rigo et consummatio  
totius bonitatis, Deus,  
qui beati Brunonis Pon-  
tificis et Martyris tui no-  
bilitatem in meliorem mu-  
tasti dignitatem et eum  
tam fortiter in amore tuo  
inflammasti, ut non solum  
per te terrena, verum eti-  
am carnem contemneret,  
concede, ut, cuius in terra  
sacri sanguinis effusio-  
nem celebramus, in caelo  
collocari ejus patrocinio  
sentiamus. Per Dominum.

Et fit Com. Feriae ac S. Va-  
lentini Presbyteri et Mart.:

Ant. Qui odit animam su-  
am in hoc mundo, in vitam  
aeternam custodit eam.

V. Justus ut palma flo-  
rebit. R. Sicut cedrus Li-  
bani multiplicabitur.

### Oratio

Præsta, quæsumus, om-  
nipotens Deus: ut, qui  
beati Valentini Martyris  
tui natalitia colimus, a  
cunctis malis imminentibus,  
eius intercessione,  
liberemur. Per Dominum.

In I Nocturno Lectiones A  
Mileto, de Communi unius  
Martyris extra Tempus Pas-  
chale.

### In II Nocturno

#### Lectio iv

**B**run sive Bruno,  
qui aducto nome  
vocatus est  
Bonifatius, anno circiter  
nongentesimo septuagésimo  
quarto natus est  
Querfurti in territorio die-  
cesis Merseburgensis. Ex  
génere clarissimo éditus,  
sed divina miseratione  
præ céteris paréntibus in-  
ter filios Dei erat electus.  
Hic ab Ida, venerabili

matre sua, únice diléctus magistério Geddónis philósophi, scholástici Magdeburgénsis, tráditur, et omne, quod habére débuit, cum abundántia ei suggéritur. Cum mane ad scholam ire debuisset, antequam ab hospitio exiret, véniam pétiti et ludéntibus céteris pueris in oratione ipse fuit. Ocio negotiúm præpósuit et sic fructificans ad maturitatem pervenit. Erat autem apprime liberálium ártium doctrínis maximéque in modulationis músicæ stúdiis approbátus. Ecclésiæ Magdeburgénsis ad sanctum Maurítiū canónicus factus, a tertio Ottóne, cuius erat consanguineus, desideráтур et in régiam capéllam suscipit.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritatēm ætérnā. **V.** Descendít que cum illo in fóveam, et in vinculis non derelíquit eum. **Et.**

**Lectio v**

In Italiā cum imperatore proficíscitur vi-

dénsque Romæ ecclésiam antiqui mártýris Bonifátii in Aventino sitam, in qua et beátus Adalbértus, gloriósus martyr Borusso-rúmque apóstolus, per aliquid tempus sanctissime vixit, ad martýrii desidérium provocátus ait: „Et ego Bonifátius vocor. Cur ergo étiam ipse Christi martyr esse non débeo?“ Fugiens igitur cum deliciis suis sáculum, ut sibi lucrifáceret Christum, hábitum mónachi sumpsit. Póstea sancto Romuáldo, quo in solitária vita quærénda uteréatur magistro, sese adjúnxit et in erémo prope Ravennam tanto fervóre eremíticæ conversationis rigórem cum magistro et sóciis suis tenuit, ut vita illórum ómnibus mirabilis haberéatur. At vero cum ad portándum géntibus sémina salútis cáritas Christi eum urgéret, impetráta a Silvéstro Papa prædicándi licéntia in pátriam rédiit. Tunc adstánte imperatóre Henrico secúndo Mersebúrgi per Tangiónem, archipræsulem Magdeburgénsēm, consecrátus est archiepi-

scopus géntium et, quod a Summo Pontifice détulit pállium, ibidem suscepit.

**R.** Desidérium ánime ejus tribuísti ei, Dómine, \* Et voluntáte labiòrum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenisti eum in benedictiōnibus dulcédinīs: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiōso. **Et.**

**Lectio vi**

In terra nativitatis suæ aliquámdiu moram fáciens, post consecratiōnem suam mira perfectione clarébat. Tandem de património suo, aucto et ditato satis décénter monachórum collégio, proféc-tus est ad gentes, evan-gélium Christi prædicá-turus. Invitátis ad Ecclésiam Dei nigris Húngarisi convértit se ad Petschénégos, gentem ferociissimam ad Borysthénem flú-vium et Pontum Euxínum habitántem, ubi cum summo vitæ discriminé docére fidem cœpit. Ad Bo-rússiam deinde pergens, stériles hos agros sémine divíno stúduit fecundáre.

Tum in confínio prædictæ regiōnis et Rússiae cum prædicáret, primo ab in-colis prohibétur et plus evangelizans cápiter deinde amóre Christi, qui Ecclésiæ caput est, mitis ut agnus decollátur cum sóciis suis decem et octo, anno videlicet Dómini mil-lésimo nono.

**R.** Stola jucunditatis in-duit eum Dóminus: \* Et corónam pulchritúdinis pósuit super caput ejus.

**V.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus: et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum. **Et.** Gló-ria Patri. **Et.**

In III Nocturno Homilia in Evangel. Si quis venit ad me, de Communi unius Mart. 1 loco.

IX Lectio de Homilia Feriæ et fit ejus Com. in Laudibus.

Ad Laudes pro Com. S. Va-levantini:

**Ant.** Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non timuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

**V.** Glória et honóre coro-násti eum, Dómine. **R.** Et constituísti eum super ópe-ra mánuum tuárum.

**Oratio** Præsta, quæsumus, ut supra. 5\*

In II Vesperis Com. Feriæ ac Ss. Faustini et Jovitæ Mm.

Die 3 Martii  
S. Cunigundis  
Imperatricis, Viduae  
Duplex  
Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui a gloria tua nullum excipis sexum nullamque conditionem exclidis: te suppliciter exoramus, ut, sicut beatæ Cunigundi post terréni culmen impérii cœlestis regni sólium contulisti; ita méritis ejus et præcibus nobis quoque famulis tuis æternæ felicitatis præmia largiāris. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. Feriæ.

In I Nocturno Lectiones De virginibus, de Communi I loco.

In II Nocturno  
Lectio iv

**C**unigundis, filia Sigfridi, comitis Palatini, ejusque uxoris Hadewigis, litterarum et ártium aliárum, distinguere auro gemmis que sacras vestes, peritis-

sima fuit. Eam Henricus, Bavariórum dux tam bonitatem quam nobilitatem conspicuus et morum honestatem præclarus, in matrimonium duxit. Cónjuges dignitate Impérii Romani póstea ornati et ipsi virtutum splendore thronum decoraverunt. Cum in sóbole acquirenda nulla spes eis remaneret, propter amorem Dei castitatem servantes Christum solum elegérunt herédem. Maritum suum Cunigundis feliciter cum ópibus tum consiliis in ergendo et dotando episcopátu Bambergensi adjúvit.

**R.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* Et deducet te mirabiliter déxtera tua. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua intende, prôspere procéde, et regna. **Et.**

Lectio v

**M**onastérium Michaélis Archángeli et ecclésiam collegiatam sancti Stéphani in éadem urbe constrúxit ecclesiásque antiquitatem collápsas instaurandas curávit. Veram orphanórum et languardiám omnium parén-

tem semper se præbuit, in geréndis negotiis ádeo versata, ut nonnumquam cónjugis impediti vices in administranda re publica laudabiliter géreret. Henrico demum vita functo in monastério Kaufungensi, quod pene destructum cum marito suo restituerat, se totam Deo votivae constituit. Ibi depósa púrpura, præcisis crinibus, fidei annulum ab archiepiscopo Moguntino et sacrarum virginum velum accépit.

**R.** Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiae. **V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. **Propterea.**

Lectio vi

**I**n monastério non ut mater filiabus se prætulit, sed verae summissioonis et virtutum omnium exemplo prælúxit. Vigilias, preces, rerum sacrarum lectiōnem ad multam noctem protrahébat, breve somnum in strato cilicino cápere sólita. Post mariti mortem quindecim, ut tráditur, annis supervixit tam

humilitatis grácia quam religiónis reveréntia omnibus admiranda. Sacrum ejus corpus Bambérge in sancta basílica pie conditum asservátur. Paderbórnæ vero, ubi anno milésimo secundo a Willigiso, archiepiscopo Moguntino, coronata est ubique saepius morabatur et largis beneficiis ab Henrico impetratis amorem omnium promeruit, memoria ejus in benedictione semper manebit.

**R.** Afferéntur Regi vírgines post eam, próxiæ ejus \* Afferéntur tibi in lætitia et exsultatione. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua intende, próspere procéde, et regna. Afferéntur tibi. **Gloria Patri.** Afferéntur tibi.

In III Nocturno Homilia in Evangel. Simile est regnum cœlorum thesáuro, de Communi non Virginum.

IX Lectio de Homilia Feriæ et fit ejus Com. in Laudibus.

In Vesperis Com. sequentis, Feriæ ac S. Lucii I Papæ et Mart.

Die 14 Martii  
S. Mathildis  
Reginæ, Viduæ

Duplex

## Oratio (de Communi)

**E**xaudi nos, Deus, salutis noster: ut, sicut de beatae Mathildis festivitate gaudemus; ita piae devotionis erudiámur affectu. Per Dóminum.

Et fit Com. Feriae.

In I Nocturno Lectiones Miserem fortē, de Communi.

## In II Nocturno

## Lectio iv

**M**athildis ex nobili Widukindi génére nata jamjam puella áviæ sua in monastério Herfordiensi abbatisse tráditur educanda. Ubi mirum in modum proficiens ipsis fere religiosis in reguláris disciplinæ stúdio et sanctis opéribus præcellébat. Eam virtutis laude præclaram Henricus, auceps qui dicitur, Ottónis Saxonum ducis filius, dignam cénsuit, quam sibi matrimónio júngeret: et Walhúsii in Thuringia celebratæ sunt nuptiæ. Henricus post

Ottónis mortem ducátu Saxonum potitus deinde mórtuo Conrádo rege in impérii dignitatē succésit atque ita disponente Deo factum est, ut sancta Mathildis ascéderet ad honorem reginæ totius Germániae.

**R.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* Et deducet te mirabiliter déxtera tua. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua intende, pròspere procéde, et regna. **Et.**

## Lectio v

**H**inc in honoris cùlmne pósita regina omni génere virtútum, quas in monastério didicerat, mirifice fulsít. In público procéssit ornáta gemmis et sérico, sed intérius gerébat pretiósius ornaméntum, cor acceptáble Deo; tantámque subditis exhibebat humilitatem et in vice matris caritatem, ut ómnibus esset amóri páriter et honóri. Maritum suum fidéli amore proscuta tam prudénti consilio quam piis ad Deum précibus adjuváre non déstitut. Filios ei génuit: Ottónem póstea imperató-

rem, Henricum Bavariæ ducem eumdémque sancti Henríci avum, sanctum Brunónem archiepiscopum, filias dénique plures. Rege devóte defuncto pacis mediatrix fuit inter discórdes filios; quibus dehinc vigilántiam et cohortatiōnes indeféssa cura semper exhibuit.

**R.** Diléxisti justitiam, et odisti iniquitatem: \* Propréa unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiae. **V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. **Proptérea.**

## Lectio vi

**O**ratiōni per noctem vacare non cessábat, sàpius integrum psaltérium pie decántans. Ecclésias munéribus auxit ac páuperum indigéntiis egrégia humilitate et caritáte sédula áderat. Monastériis Quedlinbúrgi, Nordhússi aliisque in locis constrúcatis ac munifice dotátis, tandem prodigiis clara et benedictiōne filiōrum nepotumque cumulata Quedlinbúrgi óbiit pridie Idus Mártii anno nongentésimo sexagésimo octávo ibique

sepeliérunt corpus ejus in basilica sancti Serváttii juxta sepulchrum Henríci regis cum magno honore, ubi ipsa décréverat requiéscere et diem judicii exspectáre.

**R.** Fallax grátia, et vana est pulchritudo: \* Múlier timens Deum, ipsa laudabitur. **V.** Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis ópera ejus. **Múlier.** Glória Patri. **Múlier.**

In III Nocturno Homilia in Evangel. Simile est regnum cœlorum thesáuro, de Communi non Virg. 1 loco.

IX Lectio de Homilia Feriae et fit ejus Com. in Laudibus.

Vesperæ a Capitulo de sequenti, Com. præcedentis et Feriae.

Die 15 Martii  
S. Clementis Mariæ Hofbauer Confessoris

Duplex

## Oratio

**D**eus, qui beatum Cleméntem Mariam miro fidei róbore et invictæ constantiæ virtute decorásti: ejus méritis et exemplis fac nos, quæsumus, ita fortes in fide et

caritatem ferventes; ut præmia consequamur æterna. Per Dóminum.

*Et fit Com. præcedentis:*

**Ant.** Manum suam apéruit inopi, et palmas suas exténdit ad páuperem, et panem otiosa non comédit.

**V.** Diffusa est gráta in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

**Oratio** Exaudi nos, ut supra. 10\*

*Deinde Com. Ferie.*

In I Nocturno Lectiones Béatus vir, de Communi Conf. non Pont. 1 loco.

### In II Nocturno

#### Lectio iv

**C**lemens María Hofbauer a piis pa-rentibus Tassovitii in Morávia natus et religiosissime educatus adoléscens primo artem pistóriam dídicit. Sed ad majora se vocári præséntiens cœpit inter laboriósae artis exercitium ad studium incúmbere litterárum. Bis Romam pedes ad límina Apostolórum peregrinátus est, bis

étiam rerum cælestium contemplatióni libérius vacatúrus in erémum secessit. Verum aspirante Dei grácia litterárum stúdia in Vindobonénsi Universitate repétiit, donec térito Romam migrávit stúdia sua sacra in hac urbe prosecutúrus. In sancti Alfónsi familiam ibi singulári Dei providéntia cooptátus, tirocínium summo stúdio ac fervore absolvit et presbyter factus est.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum, \* Et dedit illi claritatēm æternam. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. **Et.**

#### Lectio v

**A**Sede apostólica in septentrionáles Európæ partes missus Warsaviæ in Polónia primam suæ congregatiónis domum instítuit. Ultra vicénnum in ea urbe zelo indeféssō et copiōso fructu cum sóciis suis sacerdotália múnera explévit, nihil labo-

ris recúsans, sive ut cathólicos ad bonos mores et pietatis cultum revocáret, sive ut hæréticos et Judæos ad veram fidem addúceret. Pueris et juvénibus instituéndis atque orphanis aléndis et educandis invictam opéram dedit. Inter curas et labores semper coram Deo ábulans, Deíparæ Virgini, cujus Rosárium assidue recitábat, singulariter devótus, omnibus júgiter velut sanctitatis exémplar prælúxit.

**R.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stola glória induit eum, \* Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. **Et.**

#### Lectio vi

**D**ei providéntia fretus complures sui instituti domos eréxit. Multas ob téporum iniquitatēm acerbitates perpessus et e Polónia tandem cum suis expulsus secésit Vindobónam, ubi per duodecim últimos vitæ suæ annos ad Dei glóriam stréne operari non dé-

stituit. Totus in eo erat, ut prædicatione verbi Dei et sacraménti pœnitentiæ administratióne quam plúrimas ánimas Christo lucrifáceret et intimius júngeret. Divinæ caritatis ignem cum sacerdótiis bus tum máxime studiósæ juventuti infundere enixe satagébat, vere dignus, quem Pius séptimus virum apostólicum, Vindobonénsis cleri decus Ecclesiæque cólumen appelláret. Méritis plenus prope septuagenárius obdormivit in Dómino anno millésimo octingentésimo vigésimo eúmque Pius décimus Sanctórum fastis accénsuit.

**R.** Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Quia.** Glória Patri. **Quia.**

In III Nocturno Homilia in Evangel. Nolite timére, de Communi Conf. non Pont. 2 loco.

**IX Lectio de Homilia Feriae et fit ejus Com. in Laudibus et II Vesperis.**

Die 26 Martii  
S. Ludgeri  
Episcopi et Confessoris  
Duplex

**In I Vesp. Ant.** Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pôpulo, ora pro nobis Dóminum. (T. P. Alleluja.)

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (T. P. Alleluja.) **R.** Stolam gloriæ induit eum. (T. P. Alleluja.)

**Oratio**

**D**eus, qui beatum Ludgérum, Confessorem tuum atque Pontificem, hodierna die suscepisti atque remunerasti: concéde propítius; ut, qui ejus gaudémus méritis, provocémur exemplis, et ejus intercessióne véniam, et vitam mereámur æternam. Per Dóminum.

**Et in Quadrag. fit Com. Feriae.**

**In II Nocturno**  
**Lectio iv**

**L**udgérus in Frisia nóbili génere natus, primum Ul-

trajécti a Gregório abbáte, tum Eboráci sub Alcuino virtútibus et littoris imbútus, ádeo brevi profécit, ut aptum fieret apostólicis labóribus lucrandisque Deo gentilibus instruméntum. Quare ab Alberico epíscopo ad augéndum regnum Dei in Frisiā missus, Davéntriæ ecclésiam a Saxónibus infidélibus exústam restituit. Suscépto presbytérii gradu per septem annos in verbo Dei prædicando et in erudiéndis juvénibus strénue laboravit. Ob persecutióne tamén Widukíndi e Frisia Romam perréxit, deinde in monastério Cassinénsi sub Theotmáre abbáte aliquándiu sancte conversátus beáti patris Benedicti régulam dídicit.

**R.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. (T. P. Alleluja.) **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

**Lectio v**

**F**acta ibi cum Cárolo Magno de réditu suo

deliberatióne in pátriam revérsus est et Frísones iterum veritátem evangélii dócuit. Animárum zelo impúlsus usque ad insulam Fósetesland, nunc Hélgoland, pervenit, ubi crucem manu tenens precésque cum láudibus fundens incolas doctrina chri-stiána imbuít ecclesiámq; Deo aëdificávit. Convérsis interim ad Dóminum non paucis Saxónibus Ludgérus ab eódem Cárilo rege partis occidentális Saxóniæ epíscopus designátur. In Westfáliam profectus statim in loco Mimigérneford dicto, sub régula canónica Christo famulántium monastérium constrúxit, unde ipsa urbs Monastérium póstea nomen accepisse vidétur.

**R.** Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi éléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. (T. P. Alleluja.)

**V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

**Lectio vi**

**W**erthínæ et Helmstá-dii cœnóbia cóndi-

dit et fundávit: atque in diocési sua evangélium annúntians, idolatriam extirpans, ecclésias éri-gens, presbýteros per loca singula órdinans, religió-nem christiánam mirifice propagávit. Dénique ad Normánnos Christo sub-jugándos sese accíngens in morbum incidit; nec ta-men quidquam de sólito feryóre aut crebra verbi dí-víni prædictiōne remisit. Ipsa ádeo Domínica, últi-ma vitæ suæ die, mane Coësfeldiæ, missam ca-nénte presbýtero, contiό-nem hábuit, póstea Bil-lerbécæ iterum pro con-tiōne dixit, atque hic últi-ma missæ solémnia cele-brávit. Nocte subsequénte, in discipulórum coró-na, vir sanctus, méritis plenus, dilectam Deo áni-mam piissime réddidit, anno salútis octingentésimo nono, séptimo Kaléndas Apriles. Corpus ejus Werthínæ, ut vivus jús-serat, cónditum est, ubi multis Dei beneficiis clá-rissimum adhuc quiéscit.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operáitus est, et omnis

terra doctrina ejus repléta est.\* Ipse intercédat pro peccátis ómnium populi. (T. P. Alleluja.)

**V.** Iste est, qui contépsit vitam mundi, et per-vénit ad cælestia regna. Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in Evangel. Homo peregre, de Communi Conf. Pont. 1 loco.

In Quadragesima IX Lectio de Homilia Feriæ et fit ejus Com. in Laudibus.

Vesperæ a Capitulo de sequenti, Com. præcedentis et in Quadragesima Feriæ.

### Die 30 Maij

#### In Translatione S. Liborii

#### Episcopi et Confessoris

Duplex majus (m. t. v.)

#### Oratio

Deus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Liborium ministrum tribuisti, præsta, quæsumus: ut, quem Doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum nostrum.

Et fit Com. præcedentis:

**Ant.** Veni, Sponsa Christi, áccipe corónam, quam

tibi Dóminus præparavit in æternum, alleluja.

**V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis, alleluja. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum, alleluja.

#### Oratio

Deus, virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalénam Virginem, tuo amore succéssam, cælestibus donis decorasti: da; ut, quam festiva celebritéate venerámur, puritatem et caritatem imitémur. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Com. S. Felicis I Papæ et Mart.

**Ant.** Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et æternitas téporum, alleluja.

**V.** Sancti et justi, in Dómino gaudéte, alleluja. **R.** Vos elégit Deus in hereditatem sibi, alleluja.

#### Oratio (de Communi)

**I**nfirmitatem nostram résponce, omnipotens Deus: et quia pondus propriæ actionis gravat, beatí Felicis Mártiris tui atque Pontificis intercessio glo-

riosa nos prótegat. Per Dóminum.

#### In II Nocturno

#### Lectio iv

**G**árolus Magnus imperator postquam Sáxones ferro et armis sápius dömitos, Christi fidem suscipere döcuit: Hathumárum illi genti præficiendum curávit episcopum. Cui succéssit Badurádus; qui provehendæ et adoranda Ecclésiæ sibi commissæ totum se tradens, alicujus Sancti corpus habére cupiébat, ut facilius populum in fide Dei et Sanctorum cultu firmaret. Accéptis igitur a Ludo-vico Imperatóre litteris commendaciis nuntios misit in Gálliam ad Aldricum Cenomanensis urbis episcopum, ut ex multorum Sanctorum corpóribus ibi repósitis unum pro Paderbornensi ecclésia péterent.

**R.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluja. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius ini-

quitatis non nocébit ei. Manus.

#### Lectio v

**A**ldricus justam petitió-nem ratus eórum supplicationibus ánnuit et corpus sancti Libórii, quondam præsulis Cenomanensis, Paderbórnam transferéndum nuntiis de-signávit. Cumque extra-heretur corpus e loco suo, ubi támidu in ecclésia duodecim Apostolórum requiéverat, inæstimabilis odoris suávitas ubique diffundit: hincque multis miráculis Deus Sancti sui mérita declarávit. Aldricus igitur priusquam nuntios dimitteret, pretiosissima pignora eis sub obtestatióne gravíssima commendávit, ut illa digno semper honore tractárent. Dehinc inter utriusque ecclésiæ, Cenománicae videlicet et Paderbornensis, congregatiōnes firmata caritatem perpétuae fraternitatis, ad pátriam eis redeundi licéntiam dedit.

**R.** Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi éléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliá-

bitur ei, alleluja. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum.  
**Manus.**

**Lectio vi**

**P**ost longum iter in ipsa sacra Pentecóstes solemnitáte ad desiderátam diu Paderbornénsim Ecclesiás legáti cum sancto corpore appropínquant. Tunc epíscopus et omnis clerus cum univérsis ecclésiástici cultus ornamenti procédit eis óbviā fidéli úndique pópolo confluénte. Et cum clerus in hymnis et confes-siónibus Deo benediceret et spirituálium cárminum melódiam Sanctórum laudi concíneret cógruam, póplus vero „Kýrie eléison“ ingemináret, eréctis cum ineffábili júbilo ad Deum méntibus singulórum, nihil ejus laude dúcias videbátur. Tali ac tanto honóre sacratissímmum Libórii corpus in ecclésiam Paderbornénsim translátum est et in altári principáli repósítum. Clerus vero populiisque sacras reliquias fidéli semper et dévoto cultu per sácula prosequún-

tur ac Deus ipse per intercessiónem sancti Libórii pium fidélium ánimum remuneráre et urbem to-támque diocésim largíssima sua benedictione júgiter adjuváre dignátus est ac munire.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátiis est, et omnis terra doctrína ejus repléta est:  
\* **Ipse** intercédat pro pec-cátis ómnium populórum, alleluja. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia re-gna. **Ipse.** Glória Patri. **Ipse.**

In III Nocturno Homilia in Evangel. Homo peregre, de Communi Conf Pont. 1 loco.

Pro S. Felice:

**Lectio ix**

**F**elix Románus, patre Constantío, Aureliáno imperatóre préfuit Ecclésiæ. Constituit, ut Missa supra memórias et sepúlchra Mártyrum celebráré tur. Qui cum mense Décembri habuisset ordina-tiones duas, et creáasset presbýteros novem, diáconos quinque, epíscopos per divérsa loca quinque,

martyró coronátus, via Aurélia sepelítur in basílica, quam a se ædificá-tam dedicárat. Vixit in pontificátu annos duos, menses quátuor, dies vi-ginti novem.

**Te Deum laudámus.**

Ad Laudes pro Com. S. Fe-lícis:

**Ant.** Filiæ Jerúsalem, venite, et vidéte Mártyres cum corónis, quibus coro-návit eos Dóminus in die solemnitatis et lætitiæ, alleluja, alleluja.

**V.** Pretiósia in conspéctu Dómini, alleluja. **R.** Mors Sanctorum ejus, alleluja.

**Oratio Infirmitatē, ut supra.** 16\*

**Ant.** Lux perpétua lucé-bit Sanctis tuis, Dómine, et ætérritas témporum, alleluja.

**V.** Sancti et justi, in Dómino gaudéte, alleluja.

**R.** Vos élégit Deus in hereditatē sibi, alleluja.

**Oratio (de Communi)**

**B**eatórum Mártyrum pa-ritérque Pontíficum Eobáni et Adelárii nos, quásimus, Dómine, festa tueántur: et eórum com-méndet orátió veneránda. Per Dóminum.

In Vesperis Com. sequentis (S. Norberti Ep. et Conf.).

**Die 12 Junii**

**S. Joannis a S. Facundo Confessoris**

Duplex, sed ad modum Sim-plicis recolendum

**Pro Commemoratione**

**S. Leonis III Papæ et Confessoris**

In I Vesp. **Ant.** Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pópolo, ora pro nobis Dóminum, alleluja.

**V.** Justum dedúxit Dó-minus per vias rectas, alleluja. **R.** Et osténdit illi regnum Dei, alleluja.

In Laudibus fit Com. Ss. Eo-bani, Adelarii et Socior. Mm.:

**Oratio (de Communi)**

**D**a, quæsumus, omnipo-tens Deus: ut beáti Leónis Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, et devotioné nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

**Ad Laudes Ant.** Euge, serve bone et fidélis, quia

in pauca fuisti fidélis,  
supra multa te constítuam, dicit Dóminus, alle-lúja.

**V.** Amávit eum Dómi-nus, et ornávit eum, alle-lúja. **R.** Stolam glóriæ in-duit eum, alle-lúja.

**Oratio Da, quæsumus,**  
**ut supra.**

**Index alphabeticus**

|                                                                                    | pag. |
|------------------------------------------------------------------------------------|------|
| Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis. 5 Junii                                 | 19*  |
| Brunonis de Querfurt Ep. et Mart., duplex. 14 Febr.                                | 5*   |
| Clementis Mariæ Hofbauer Conf., duplex. 15 Martii                                  | 11*  |
| Cunigundis Imperatricis, Viduæ, duplex. 3 Martii                                   | 8*   |
| Joannis a S. Facundo Conf., duplex, sed ad modum<br>Simplicis recolendum, 12 Junii | 19*  |
| Leonis III Papæ et Conf. Com. 12 Junii                                             | 19*  |
| Liborii Ep. et Conf. Translatio, duplex majus. 30 Maii                             | 16*  |
| Ludgeri Ep. et Conf., duplex. 26 Martii                                            | 14*  |
| Mathildis Reginæ, Viduæ, duplex. 14 Martii                                         | 10*  |

**INDICES****I****INDEX PSALMORUM NUMERICUS**

| Psalmus                   | pag. | Psalmus                    | pag. |
|---------------------------|------|----------------------------|------|
| 1 Beatus vir . . .        | 43   | 24, iii Oculi mei . . .    | 147  |
| 2 Quare fremuerunt        | 44   | 25 Judica me . . .         | 189  |
| 3 Domine, quid . . .      | 44   | 26, i Dñs illuminatio .    | 109  |
| 4 Cum invocarem . . .     | 81   | 26, ii Exaudi, Domine .    | 110  |
| 5 Verba mea . . .         | 95   | 27 Ad te, Domine .         | 110  |
| 6 Dñe, ne in furore .     | 124  | 28 Afferte Domino .        | 95   |
| 7, i Dñe, Deus meus .     | 124  | 29 Exaltabo te, Dñe .      | 93   |
| 7, ii Justum adjutorium   | 125  | 30, i In te, Domine .      | 113  |
| 8 Dñe, Dñs noster .       | 45   | 30, ii Misericere mei, Dñe | 113  |
| 9, i Confitebor tibi .    | 46   | 30, iii Quam magna .       | 113  |
| 9, ii Psallite Domino .   | 46   |                            |      |
| 9, iii Ut quid, Domine .  | 47   | 31 Beati quorum . . .      | 116  |
| 9, iv Exsurge, Domine .   | 48   | 32, i Exsultate, justi .   | 116  |
| 10 In Domino confido      | 48   | 32, ii Beata gens . . .    | 117  |
|                           |      | 33, i Benedicam Dñm .      | 210  |
| 11 Salvum me fac . . .    | 166  | 33, ii Venite, filii . . . | 211  |
| 12 Usquequo . . .         | 167  | 34, i Judica, Domine .     | 129  |
| 13 Dixit insipiens . . .  | 87   | 34, ii Surgentes testes .  | 130  |
| 14 Dñe, quis habitabit    | 87   | 34, iii Confitebor . . .   | 130  |
| 15 Conserva me . . .      | 167  | 35 Dixit injustus . . .    | 223  |
| 16 Exaudi, Domine . . .   | 88   | 36, i Noli æmulari . . .   | 131  |
| 17, i Diligam te . . .    | 89   | 36, ii Melius est . . .    | 132  |
| 17, ii Misit de summo .   | 90   | 36, iii Os justi . . .     | 133  |
| 17, iii Et dedisti . . .  | 91   | 37, i Dñe, ne in furore .  | 133  |
| 18, i Cæli enarrant .     | 103  | 37, ii Amici mei . . .     | 134  |
| 18, ii Lex Domini .       | 104  | 38 Dixi: Custodiam .       | 135  |
| 19 Exaudiat te Dñs .      | 92   | 39, i Exspectans . . .     | 153  |
| 20 Domine, in virtute     | 92   | 39, ii Annuntiavi . . .    | 153  |
|                           |      | 39, iii Confundantur . . . | 154  |
| 21, i Deus, Deus meus .   | 274  | 40 Beatus qui . . .        | 156  |
| 21, ii Circumdederunt .   | 275  |                            |      |
| 21, iii Qui timetis . . . | 275  | Quemadmodum . . .          | 156  |
| 22 Dominus regit me .     | 233  | 41, i Ad meipsum . . .     | 157  |
| 23 Domini est terra .     | 103  | 41, ii Judica me . . .     | 137  |
| 24, i Ad te, Dñe, levavi  | 146  | 42 Deus, auribus . . .     | 159  |
| 24, ii Dulcis et rectus . | 146  | 43, ii Nunc autem . . .    | 159  |